Archiepiscopus Taurinensis
Facultatis Theologicae
in Venerando Seminario Metropolitano Taurinensi
Magnus Cancellarius

Quum adm. Rev. Sac. Isaac Joseph Giannini a Bethlehem omnia praestiterit, quae ad consequendam Lauream doctoralem in Facultate Theologiae Taurinensi praestanda sunt iuxta Statuta eiusdem Facultatis approbata a Summo Pontifice Pio IX Brevi "Inter gravissimas„ diei 27 februarii anni 1874: Scilicet ipse, rite emenso curriculo scholastico, praescripta experimenta sui profectus in scientia Theologiae dederit in privatis periculis coram Praeside et Professoribus huius Facultatis, et in singulis obtinuerit suffragia legitima:

Publicum quoque suae doctrinae specimen exhibuerit coram Nobis et Collegio Theologorum ad hoc congregato; et legitimis suffragiis approbatus, Auctoritate Apostolica ipse fuerit promotus ad Gradum Doctoris atque eiusdem Gradus insignibus decoratus a clarissimo viro Canonico Professore Dominico Bues Auctoritate Apostolica declaramus, Nos ratam habere approbationem et promotionem factam a dicto Collegio Theologorum die 1 Mensis Iulii Anni 1920 et adm. Rev. Sac Isaac Joseph Giannini renuntiamus Doctorem in Theologia; cui propterea liceat in toto orbe catholico uti insignibus et iuribus, quae a S. Sede Apostolica vel ab antiquissimis temporibus, Laurea Doctorali in Theologia exornatis fuerunt concessa, in Nostra vero Archidioecesi iis frui praerogativis quae in Constitutionibus dioecesanis eadem Laurea donatis conferuntur.

De quibus omnibus has Litteras Testimoniales una cum Praeside Facultatis subscribimus et adm. Rev. Sac. Isaac Jos. Giannini Doctori in S. Theologia concedimus

Augustæ Taurinorum die 1 mensis Iulii anno Domini 1920

\+ Aug. Card. Richelmy Magnus Cancellarius.

\+ Const. Castrale Praeses. Pallaridino Ab actis.

Lit. Doyen Al. Simondetti - Taurini. O. 23976.